



Q

EX. 193. (a)

PARENTALIS

# B. L V T H E R I

Et

Repetita παραδόξων IESVITICORVM in RA-  
TISBONENSI COLLOQUIO prodito-  
rum CONSIDERATIO

VVITEBERGÆ in solenni Patrum Academicis  
rum & Studiosorum confessu Die 22. Febr:  
(quiesit B. LUTHERI ιπιτάφιος)  
Ann. 1602. instituta

à

M. GEORGIO ZEÆMANNO  
Hornbac. alumno Palat. Neoburg.



WITEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri, Impensis  
Pauli Helvwigij Bibliop. Anno

M. D C I I.

Vg  
5313

nire non potuit, cui consecrare vellem, cùm Illma V. Cels. in eâ dudum fuerit, cui debebam; quippe quæ cum Serenissimo D. Parente, Domino & Nutritio meo clementissimo, universo actui pientissime sapientissimeq; presuit. Hoc saltem humilime V. Celsit. obtestor, ut ignoscat mihi clementissime, qui tantum mihi sumpserim, quaq; disputationes aliquot Theologicas Ratisbonæ à me excepit clementia, hanc quoq; oratiunculam acceptet. Hisce me Illmæ V. Celsitudini, eandemq; cum Illmo D. Parente totaq; Palat. familia florentissima immortalis Dei dextræ humilime commendo; utq; celeberrima ista Theologica traxi uox toti Ecclesiæ auspiciatissima eveniat, precor religiosissime, opto felicissime. Scripsi VVitebergæ 8, Cal. Mart. Anno CIC. ID. CII.

Celsit. V.

humilimus alumnus

M. Georgius Zeemannus  
Hornb. Theolog. studiosus.

PRORECTOR ACADE-  
MIÆ WITEBERGENSIS, ERNE-  
STVS HETTENBACH  
Med. D. & Professor.

**R**ASTINO die, qui vicesimus secundus  
est Februarij, Ecclesiæ, in quibus Rom. Ponifex jus su-  
um & dominatum exercet, memoriam & solennitatem  
Cathedrae Petri celebrant: eâ opinione, ac si Divus Petrus, cui  
Servator noster dixerat, Tu es Petrus, & super hanc pe-  
tram ædificabo Ecclesiam meam, istam Cathedram, ut Epi-  
scopus seu Papa Romanus, primus omnium infederit.. Quo tamen  
in signi, ut illi quidem opinantur, honore bonum Petrum non pa-  
rum de honestant: quod alibi audit. Eodem die, ante annos sex  
& quinquaginta, MARTINI LUTHERI Islebiae nuper  
demors

demortui corpus VVitebergam translatum sepulturā afficitur in  
templo arcī proximo, non sine ingenti totius Ecclesiae Christianae  
luctu & desiderio. Illius, inquam, viri, qui cælesti vocis suæ toni-  
tru Romanum Romanumq; Pontificem ita perterritus fecit; & fulmine  
calami cathedram istam falso Petri dictam ita comminuit, ut plus  
rimæ per orbem terrarum gentes resilierint; & se non satis tutos  
sub Orci ista galeâ putaverint. Cumq; Prä sul iste Romanus &  
mentitæ Petri Cathedrae in secessor collapsam attritamq; vi & armis  
instaurare diu frustra conaretur, tandem alia viarem aggressus,  
Loiola quodam obstetricie, sed sine doloribus, ut illa Comici mere-  
tricula, peperit novum genus hominum, qui lesuitæ, non sine insi-  
gni sacrosancti nominis Iesu contumelia, vocari cupiunt. Eos qua-  
si Athlantes quosdam & tibicines sedi Romanae supposuit, quibus  
illa inniteretur hac ultima tempestate. Quam fortes autem illi  
sint, cum alibi, tum proximè in colloquio Ratisbonensi apparuit.  
Vbi inventi sunt plane sicutnei; multiq; visi sunt balare tantum,  
quibus antè cornua se habere persuaserant. De qua actione, ut nu-  
per factum à Theologo nostrate, qui pars magna ejusdem fuit, ita  
die crastina in puncto horæ IX. in Auditorio majori speciatim nar-  
rationem ex fide & vero instituet, qui Auditor & spectator in isto  
fuit theatro, juvenis industrius & in ejusmodi controversijs ap-  
prime exercitatus M. GEORGIVS ZEAE MANNVS  
Palatinus. Qui quidem non eadem, que ab alijs jam dicta, repe-  
titurus est, sed spicilegium tantummodo paradoxorum eminentio-  
rum facturus, brevemq; LUTHERI & lesuitarum contentio-  
nem instituturus est. Vestrūm est, Studiosi, ad auscultationem  
istarum rerum frequentes convenire, & benevolentiam mutuā tam  
rectum ingenium fovere. P. P. Dominica. I N V O C A -  
V I T.



Ἄντε χριστὸν μᾶλλον ἐπικλεῖσθε, οὐδέρωποι,

ἢ τις ἀκόντεσσι νεωτάτη ἀμφιέλκτου;

Inquit Poëta. Novitate, Magnifice D. Proreector, Ge-

nerosi D. Barones, Patres reverendissimi, consultissimi,

experientissimi, clarissimi; tuq; Commilitum corona

nobilissima, splendidissima; Novitate, inquam, commovemur &

delectamur naturā omnes, Ex quo factum, ut, quidnam nova illa Es-

uitica ad fulciendum labentem & propè cadentem Pontificatum

Rom. excitata progenies, in nuperrimo Religiosissimi Principis mei

auspicijs frequentato Ratisbonensi Colloquio, in medium protule-

rit, purgatis erexitisq; auribus ex Præceptore meo summis ornamen-

D. Rung. tis honoris, ingenij, & virtutis prædito, audieritis mecum non ita

pridem universi.

Vidimus tamen, ni fallor, omnes, vix sine pudore referri po-

tuisse ea, quorum palam in ore & oculis omnium factūm & dictūm

ipsosmet Lojolicos (ipsorum voce utor) jam tædet & pænitet: quid

enim incolue domum præter ταλαιά suas paleas, & os illud su-

um pristinum virulentum, linguamq; mercede astrictam glossogasto-

res retulerunt? Forte hoc auditu mirabile multis videbitur, ijs ni-

. Tim. 6. mirum, quos hactenus Λευθώνυμοι Iesuitarum γνῶσις decepit, sefel-

lit, induxit; quiq; officiarum Iesuitarum tricis nimium deliniti,

tantum non in truncos converti seipso à Gorgonibus istis passi sunt.

Etsi autem Præceptorem clarissimum qui absq; præjudicio audive-

re, verum me jam repetijsse fatebuntur omnes: quia tamen novas

subinde, gerrisq; (quod ajunt) Siculis vaniores de Ratisbonensi ista

ταυγύρη nugas mendacissima Iesuitarum turba disseminat, & verò

hac luce meritissimè Megalandro L V T H E R O parentandum,

quippe qua annis ab hinc quinquaginta sex corporis sui exuvias in

terrenum arcī nostræ contiguū templū (in cœlestē olim assu-

mendas) depositū; iccirco hac ego excitatus occasione, vestraq; suf-

fultus benevolentia, insigniora saltem ab adversa parte in celeberrimo

isto conventū eruētata paradoxa spicilegium facientis instar re-

petere, indeq; brevem Lutheri & Iesuitarum contentionem institu-

ere decrevi. Sed nihil comparandi causa loquar; & tamen quæ lon-

gissimè disjuncta sunt, comprehendam. Enītar nimirum, juvante

D E O, faventibus vobis, ut Iesuitas ceu fatalia portenta & prodi-

gia, imò ceu voragine scopulosq; Ecclesiæ, & ut Pauli verba reco-

gnoscatis, ceu homines ἀτόπες ιχεύ κατεφθαρμένας τὴν διάγοιαν,

προστετῆς, μηδέπειρισμένος, καὶ τὸς ἀληθίας ὑπερεγκλένος, πον- 2 Tim. 2, 2  
γός οὐχί μωρός, τὸν διάγνωσιν τοῦ προσευθῆσα σμένος ἢ αὐτοκατακεί- 1. Tim. 6, 5.  
τος, οὐχί ελασφίμος h. e. absurdos, temerarios, stolidos, obscenos, frau- & 4.  
dum & scelerum conscientia constrictos, & extreme impios in posterum 2. Tim. 3, 4  
quoq; execrari; venerandum verò LV T H E R V M Pafo-Cin- Mat. 23, 17  
gianicen, & hodiernos religionis nostrae Propugnatores, Piæce 1. Tim. 4, 2.  
ptores nostros, contrarijs quippe virtutibus radiantes, obvijs sem- Tit 3, 11.  
per ulnis amplexari & admirari pergamus. Gravem audistis Elavi- 2. Tim. 3, 2.  
tarum accusationem; eam verò cum perscriptis undiquaq; authori-  
tatibus (quas, nisi vehementer fallor, Istro jamdudum submersas ad-  
versaria societas cuperet) consentire deprehendetis. Nec verò ef-  
fundam hac vice omnia, sed quām potero, tam verba conferam maxi-  
mè ad Compendium, & faxo tantum intelligatis, Iesuitas quidem  
sempiternam sibi turpitudinem inflixisse, nostræ verò religionis Af-  
fertoribus, & in primis Principi L V T H E R O, omnium nostrū  
Præceptoris, (de quo expeditis Esauiticis absurdis pauca sigillatim  
attexam) non unius hujus diei gratulationem, sed æternitatem im-  
mortalitatemq; donandam. At quia odiosa est oratio, cùm rem agas  
longinquūm loqui: siccirò ad capita rerum ilicò perveniam, quæ  
peto, ut quanquam omnium sermone celebratissima sunt, tamen ea  
benignitate, qua soletis, audiatis.

**A**bsurdos primum Iesuitas dixi, & jam sonora voce repeto,  
vix me absurdiora unquam audisse animalia. Quo de ne quis-  
quam subdubit, audite quæso iterum bucculentum istum  
& breviculum Iesuitam, quo ascito propugnatore tutiores,  
quoq; advocato paratores se fore veterani putabant; audite, in-  
quam, quam ad prodigium usq; absurdos, absfonos, & monstruosos  
fidei (quos vocant) articulos homo ille absurdissimus in Ratisbo-  
nenſi collocutione plenis faucibus eructarit, maiusculisq; à librarijs  
excipi literis mandarit. Num novos aīs articulos? Imò mirabiles, &  
ab orbis exordio inauditos, & quidem ejusmodi, qui citra æternæ Sess. 11.  
beatitatis jacturam jejunam latere queant plebeculam; veluti, si Ho- Gen. 38, 18.  
muncioni isti credimus, fidei nostræ articuli sunt, quod Iudas incesto I.  
flagitio & stupro se polluit: quod Tobias minor in Mesopotamiam profectus Tob. 6, 1:  
canem secum duxit, quodq; (en magis ridiculum) canis iste candulæ blan- 11, 9.  
dimento Filij redditum prænunciavit. O augustissime catelle, ad quantum  
honoris culmen cum universa gente tua evectus es? quid aliud tanto  
tanti

tanti Mecænatis vestri promerito rependetis, nisi ut vos caudu-  
**Gen. 8,7.** lasq; vestras eidem ad unam omnes consecretis? Miror tamen, quod  
**Num. 22,** corvi Noachici, loquentisve asinæ Bileamicæ asini obliiti sunt. Bone  
28. Deus, itane in plateis, in campis, in sylvis fidei Christianæ articuli  
canini, asinini, corvini oberrant & volitant? Quod si omnes S. literis  
proditæ historiæ ad capitum religionis censum referrentur, quis da-  
bitat, plures tandem nos fidei habituros articulos, quam sunt mus-  
cæ in Armenia? Sed nolo nimis exiliter ad calculos primum hoc  
**Phil. 3,2.** revocare capitulum: mittamus ergo canes cum canino fidei capite,  
& videamus alios pestilentes articulos, divinissimorum inq; Scri-  
pturis fundatissimorum fidei capitum iugulis à nefaria Societate sine.  
  
**II.** dubio intentos. Latronem cruci suffixum Martyrem appellant sangvinis  
**Luc 23,40** Baptismo ablutum, qui durissimam patienter tolerando mortem, Christumq;  
& seq. ardenter amoris æstu prosequendo meritorium (ð meritorios ho-  
**Sess. 1, G. 2** mines) sibi crucis supplicium reddiderit. Quo in Paradoxo cum cory-  
**Bell. l. 1. de** phæo suo Bellarmino bellè consentiunt, qui licet Latronem non ap-  
**Purg. c. 12.** pellet Martyrem, veram tamen & perfectam conversionem conve-  
**f. 753.** nire cum martyrio asserit: eam verò non Sangvinis, sed Flaminis  
Baptismum appellat, quo uno à Bavaris nostris dissentit, quorum  
**Id. l. de** tamen, nî fallor, mentem lingua in Baptismi exprimendo genere  
**Bapt. c. 6.** prævenit. Sed quid de novo audio martyrio? Hoc si placet, quæ cru-  
**f. 304. G.** ces, quæ rotæ jam non hebebat martyres? Quid verò unico salutis  
**305.** nostræ ἀεχήγω τελεωτῇ C H R I S T O faciunt reliqui, si sce-  
**Heb. 12, 2.** leratissimus quisq;, qui nihil sibi unquam nec facere, nec pati turpe  
duxit, scelus quodcumq; zelo suo expiare potis est? O scelestissima  
  
**III.** monstra. Iam quando Principibus subjectos in casibus ambiguis, profliga-  
**Sess. 9.** tis illico, ad nudissimum humanæ authoritatis intuitum, animoq; ex-  
**Mat. 23, 16** cussis omnium dubitationum scrupulis Magistratus sui, quantumvis erran-  
tis opinioni applaudere δέκτησι τυφλοι jubent, ne tamen clientum ulla ex  
parte melior sit, quam eorum, qui cum potestate sunt, conditio: nomine, quæ-  
io, hoc suo sacrilego articulo primas in fidei negotijs immortali  
Deo nefariè eripiunt? Bella verò ratio, Ne sors melior sit parentium,  
quam imperantium: Ergo si Princeps flammis inferorum exuren-  
dus, iij qui subjecti ei sunt, ijsdem erunt iniiciendi? Sed absurdior ad-  
huc suppetit novæ Esauiticæ fidei articulus. Mirus enim Romanæ  
Thaidis Parasitaster T A N N E R V S infantilem à nostris defensam  
fidem mirabile Paradoxum vocitavit: quia aliâs miselli infantes, si crede-  
rent, sacrilegio seipso obstringerent, quando manibus pedibusq; Baptismi son-  
tem

rem aversantur. Quam ratiunculam ex suæ gentis triario Bellarmine  
huiusque ipsius video, qui, cum constet, inquit, infantes & vocis ciulatu, L. de Bapt.  
& motibus corporis reluctari & obstatere Baptismo, si vere intelligerent, quid c. n. f. 333  
agatur, rei fierent in gentis sacrilegij, nec abluerentur, sed magis sordidaren-  
tur. Equidem fabungi videntur non omnes, sed quidam intantes:  
quid vero tum? Scilicet cum externa membrorum agitatione stare  
fides in corde nullatenus potest, & sine rationis ulu fides existit nun-  
quam? Heu Matæologum. At nemini, ait Iesuita, si vel ultimam pu-  
eritiae recordetur memoriam, fidei istius suæ recurrat memoria? Au-  
dio, nunc dicas aliquid, quod ad rem pertineat: nam hoc, opinor, tu  
quoq; concedes esse leve & ineptum. Fidei suæ infantilis nemo re-  
cordatur: fateor: at neq; tu, fratercula, tui recordare Baptismatis,  
tuorumq; crepundiorum & recrementorum amplius: num ergo  
quin baptizatus sis, aliaq; puer egeris, subdubitas? Mitto jam illum Sess. 10.  
pro tempore mutabilem fidei articulum, quando Paschalis solennitatis  
hodie usitatam celebrationem ante decisionem quidem Pontificis fuisse libe-  
ram, postea vero in fidei articulum mira quadam metuosaq; ope transisse  
clamitabant.

Absurdos Iesuitarum accepisti articulos. Quantò rectius  
beatissimus LUTHERVS noster omnium omnino fidei, quos ex ARTICULIS  
catechetica ejus institutione pueri huius, articulorum simplici- LUTHERI  
simam adstruxit ad beatitudinem consequendam necessitatem, &  
destruxit ADIAFORIAS seu mutabilitatem? Atq; hinc est, quod in re-  
formatione ipsius mirabiliter singulari, & singulariter mirabili tetra-  
ilico concidit lerna superstitutionum; quas cum primis Ecclesiæ tem-  
poribus fuisse multatas, & posterioribus deinde seculis inventas in-  
vidè ostendisset, nuntium protinus ijs remiserunt plurimi. Absurdissi-  
mum autem latronis elogium, nullus dubito, quin diris LUTHERVS  
devouisset. Num deniq; cæco impetu in dubijs religionis casi-  
bus Magistratui assentiendum, ipse suo nos exemplo docuit: quando  
placitis Antichristianæ beluq; Pontificis Rom. (qui tum summum  
orbis imperium invaserat) unum se opposuit, & nec amore nec ama-  
tore à sua vel latum unquam se passus est moveri sententiâ.  
Magistratum porro omnium (quo nomine tum veniebant, imò  
hodieq; veniunt ipsi etiam personati & larvati Episcopi) opiniones  
ad divini verbi trutinam exegit universas, Dei vero oracula ad ho-  
minum crepitaculanentiam conformavit: ad amissim scilicet la-  
pidem, non ad lapidem attuissim applicans.

B

Verum



*ii. Temeri-  
tas.*

*Seff. i. & 2.*

*Iac. Gretſ.*

*iii. Stolidi-  
tas.*

*viij. Logicū*

Verum ad Iesuitas redeo, quorum jam insignem mecum recognoscite temeritatem. Nisi enim suis (quas ita nuncupant) traditionibus cæcis, furtivis, fictis & pictis detur locus, en plusquam Rhadamanthæam mortis sententiam in fœmellas Hebræorum omnes, nec non pueros omnes ante institutam circumcisionem mortuos pronunciarunt; immo in illos etiam infantes, qui vel durante adhuc antiquo fædere octavum diem non attigere, vel hodie sine Baptismo improviso quopia casu extinguntur, idem æternæ condemnationis fulmen vibrarunt. Ibi vero quæsusus rigidus quispiam Censor, quæ esset in hujusmodi præmaturo infantium obitu Parentum lamentantium consolatio: gravis auctor respondit planè ferociter, altero ad frontem sublato, altero ad mentem depresso superciliosus; hodieq; passim istiusmodi Parentum querimonias & plangores audiri. O noster misericors quid facis? quod nulla in barbaria Scythiae tyrannus. Cum vero urgeretur acris, & sigillatim rogaretur, num omnes veteris pacti fœmellas æterno suppicio adjudicaret; ibi cum conditione saltem se disputare ajebat, nisi scilicet alio ipsis provisum fuisset remedio. Qua tamen mani λεπ̄ολογία frustra sibi cavebat. Quicquid sit, si Lutherus olim tam desultoria levitate quicquam in tantis rebus effudisset, næ incredibilis audaciæ reū illū Antagonistæ egissent. Sed quia vix quisquam dubitat de furiosa novæ hujus sentiæ Monasticæ temeritate, proruptaq; audacia, quæ non procul abhorreat ab insanis; agite jam stupendam ejus contemplemur eruditioem. Sanè hæc opinio plurimorum animos hactenus pervaserat, omnibus literis & artibus eruditissimos esse Esauitas, & nihil nisi perfectum ingenio, elaboratum industria ab ipsis afferri. Hac enim de causa pueri catervatim in illorum Collegia cen pistrina compinguntur & deruduntur. Et quis nescit, monumenta ipsorum, Philosophica præsertim, ceu θεόπεμψαντες θεόσθοτα, h. e. cœlo delapsa avidissime à gente Studiosa excipi? Enimvero si unquam incredibilis illa eruditio propalam fuisset ostentanda, certè fuisset in conventu nupero potentissimorum & celsissimorum, quin & eruditissimorum Imperij Principum, florisq; Germaniae concursu. Videamus ergo specimena quædam. Argutissimi audire volunt Dialectici Iesuitæ. At ego spinosorem, aridorem, arctioribusq; terminis conclusam Dialecticam vidi nunquam, quam fuit Iesuitica: sed neq; unquam, ut dicam quod sentio, stolidorem. Etsi enim nostri additis rationibus negare, itemq; prout objecta poscebant, distinguere & dividere omnia, quem-

quemadmodum dicerentur: illi tamen emendatores scilicet & cor-  
rectores nostratium ad ravim usq; debacchari, sublatoq; clamore po-  
stulare: *Quando viri boni estis, in forma respondete.* Quasi verò non for-  
tasse satis, quæ distinctius dicuntur, intelligentur: & de rebus ipsis  
respondere sic absq; forma respondere. Documentum recentissime  
& nugigerulæ hujus formæ Iesuiticæ requiritis? Nuper accepimus:  
si tamen aliud etiā audire non piget, en dabo ejusmodi, in quo Iesuitæ  
pro suo impudentiæ dono nostros in frequentissimo cætu erudire  
voluerunt. Attendite ergò pauxillū: advērat enim Laide venustior *Sess. 13.*  
*Exemplū*  
juvēcula forma Esauitica: Audite Iesuitā ita ratiocinatē: *Si Ecclesiæ ju-*  
*dicio simpliciter standū non est, nullæ poterunt unquā finiri controversiæ.* Sed „formæ  
absurdum est, nullas posse finiri controversias. Ergò judicio Ecclesiæ simpliciter „Iesuiti-  
standū est. Hic nisi primum semel atq; iterum verba Syllogismi singu-  
la ad nauicā usq; repetas, iterataq; Propositione: (*Si Ecclesiæ judicio*  
simpliciter standum non est, nullæ poterunt finiri controversiæ) ilicet  
subdas: *Distinguo majorē.* Si Ecclesiæ judicio simpliciter standū nō est,  
nullæ poterunt finiri controversiæ, quantum est ex parte litigantium:  
*concedo majorē:* Si Ecclesiæ judicio simpliciter standum non est, nullæ  
poterunt finiri controversiæ, quantum est ex parte rei; *nego majorem.*  
Postea nisi repetita assumptione: Sed absurdum est nullas posse finiri  
controversias, nugeris iterum: *Distinguo minorē:* Sed absurdū est nul-  
las posse finiri controversias, quantum est ex parte rei, *concedo minorem:*  
Sed absurdū est, nullas posse finiri controversias, quantum est ex parte  
litigantiū, *nego minorē;* nisi, inquam, ad unguē ita ineptias, & ad pro-  
positiones singulas respondeas: Si ita intelligis, concedo: sin ita, Ne-  
go: ab umbratili ista & nugacissima vereq; meretricia forma Iesuiti-  
ca, non ad veritatis explicationē sed implicationem directa jam aber-  
rasti. Dicis: *Qui (malum) intelligere quisquam potis est: ita nugas*  
*blatis?* Ignoscite mihi, auditores literatissimi, quod novo & inusita-  
to dicendi genere usus inania hæc penè puerorum delectamenta, vel  
stultorū potius deliramenta vobis retuli, & adamata Iesuitis formā,  
personatā illā, in theatrum reduxi. Barbari è trivio rursus audiendi  
fuere, qui tamen nostros has suas quisquilias & σκιαγραφίας docere  
conati sunt, juxta illud fortassis: *SVS Minervā.* Erravit nimirū vobis,  
οἱ stolidissimæ pecudes, Christus ipse cum Phariseis disputans, non  
gustavit lepidā vestram Logicā: οἱ stultos Apostolos, οἱ Patres rusti-  
cos, quos hæc novæ Logices & informis monstri latuere penetra-  
lia; imò οἱ ineptum Principē Iesuitarum Bellarminum, qui hanc he-  
xi natam adulterinam formam ne minimo quidem attigit digitulo.

Ses. 6.  
Ad. T.

2. Theolo-  
gicis.

Reliqua stoliditatis specimen, quippe toti jam orbi nota, ex com-  
miseratione transilio: quod (ut Scholasticè loquar) respondentem tò  
ēv ἀρχῆς αὐτοῦ h. c. principium repetere posse negarunt: quod contra  
Grammatices incunabula impudens illud os, cuius nę vox validè valu-  
it, dicitur, quater ingeminavit. Quid enim nunc asinum literas  
doceamus? Non verbis opus est, sed fastibus. Suadeo vobis, frater cu-  
li, definite in posterum Lutherum nostrum, ejusq; locios convitijs  
incessere, caudices, stipites, & plumbeos appellitare. Profectò si de  
linguarum certetur peritia, indigni es tu, qui matellam (sit venia vo-  
ci) Luthero porrigitis. Iam si ad Principem Theologiam ascenda-  
mus, implicatam rursus impudentia inscitiam Iesuitarum videbimus.  
Iurassimus nos, qui interfuerimus, illos vix limis ocalis aspexisse un-  
quam Biblia. Prolatis enim communissimis etiam Scripturæ sententijs,  
quæ vetulis nostris obviæ sunt, illi conspicilia admoveare illico, scrutari  
solicite, admurmurando sibi invicem occurrere & succurrere, vel ex nostrati-  
bus etiam (heu inscitiam) percontari: mo quandoq; constrictum se iri te-  
stimoniorum luce & numero prævidentes vix nomine Scripturæ audi-  
to cerant (quod ajuit) auribus obdere, latebras respectare, totoq; corpore  
recludari: interdum Tragico Oreste aut Athamante dementiores facti  
contumelijs nostros inseque, & responsa ex Scripturis de prompta, ade-  
oq; spiritus S. oracula inanem quandam loquendi profluentiam à disputa-  
tionis alea abhorrentem impiè vocitare. Manus nimirum coenius  
cum nostris conferere remuebant, nī haftam prius nostri abiicerent.  
Atq; sic non ante pugnam modò postulatis iniquissimis negotium de-  
die in diem ducebant, innumerisq; fossis & vallis se præmuniebant,  
ne in arenam detruderentur, quò ipsi pro Goliathica sua jactantia  
nondum collatis signis de obtento ἐγαγέω gloriari possent: sed & in  
aciem tandem extrusi exarmare planeq; nudare nostros conabantur  
perfidè. L V T H E R V M hic nolo eis opponere, quem ipsi in Scri-  
pturis exercitatissimum & paratissimum fuisse, easq; unicum sibi  
asylum constituisse fatentur. Qui enim factum, ut L V T H E R I  
voce tam celeriter Papa corruerit, & Euangelium irruerit? nimirum  
quia Dei vocem ille sonuit: hac astum & fastum Pontificis fregit,  
ventres Monachorum tetigit, Apostolico nitori Euangelium resti-  
tuit, Quemadmodum verò nulla res in usu Theologico positâ, sa-  
crisq; literis prodita L V T H E R I scientiam effugit: sic Iesuitæ  
maximam partem asinina Scripturæ insitia laborant. Auribus ut  
yestris fidem faciam, antesignanos eorum ad factum Ratisbonense  
bellum

supiorum



bellum missos in vestrum conspectum reducam. Illorum unus cum Grefs.  
ad prodendum supremum suum Iudicem urgetur Petri mandato, Sess. i.  
qui, Parati, inquit, sitis semper ad responendum cuilibet petenti, ut loqua- i. Pet. 3, 15.  
mini de ea quae in vobis est, spe: primò quidem voculam S E M P E R A  
Petro politam perficta ironie negabat: convictus poitea hærebat, &  
quò se verteret, non habebat aliud, quam ut illa. Parati sitis semper,  
per ista, Animo estote parati, itemq; Si usus flagiter, stolidissime redde-  
ret. Non ita Lutherus, qui VVormatiam ad gravissimum orbis terræ  
consilium vocatus, cùm ejus magni crudini animi, pietati, & gravitati  
temporalis esset oblata formidolosissimi temporis, non an. 1545 sal-  
tem attulit promptissimum, (quando de hostantib; eum amicis ab  
urbis ingressu infracto animo respondit: Mibi t'iro, quia ac. 1546  
decreto & certum est, in Iesu nomine urbem ingredi, licet scirem te mihi  
oppositum iri Diabolos, quo sunt in cunctis totius urbis testis i. g. ) Non  
faitem, inquam, paratissimus advenit, sed ingenuam; s; o. confessionem  
in acie novaculæ constitutus edidit.

Sed videamus alia Iesuiticæ in sacris peritiæ doctrinae Seß. 2.  
Neminem omnium Pontificum publica quid jubentem autoritate errasse un-  
quam, aut hallucinari potuisse mordicus contendebant. Hic ne Aaronis  
μαχανογία revincerentur, ecce Balbus quispiam hæsitantem Exo. 32.  
Aaronem Pontificem summum fuisse unquam: quem ergo? Mo. En. Mo. 22.  
aliò desiliens ex Aaronis culpa idolatriam deonerasse, inq; plebem  
trajcere nitebatur, quod scilicet Aaron non definierit novam illam su-  
perstitionem, sed furiosæ multitudinis vi adactus saltē permiserit. Neq; se  
compesci præius verborum Mosis lucidissima luce passa fuit h. 22.  
quā serenissimi DV C I S Palatini, cuius ego liberalitate secundissim  
Deum hanc vitam & spiritum duco, sonora vox in Palatio exaudi-  
retur, quod (ut Spiritus S. verba habent) turbam N V D A R I T V. 25.  
Aaron. Quid si permisisse tantum vitulinam istam religionem mi-  
tiissimè dicatur Aaron, num, quæso, potest ulla esse excusatio non  
dicam male sentienti, malaq; jubenti, volenti, sed sedenti, cunctan-  
ti, dormienti, conniventi Pontifici in tantis Israélitarum motibus?  
VRIA M illum supersticiosæ aræ architectum itemq; Phariseos, quo- 4. Reg. 16,  
rum fermentum aversari nos Christus juber, in moribus saltē cessitas-  
se, vel certe errore tantum privato correptos asserebant. Nunquid vo. Matth. 16,  
bis, stolidi Iesuitæ, faces admovendæ sunt, quæ vos excitent tantæ 6. C. 12.  
causæ indormientes? Si mentis exilium passi fuistis, commiseratio-  
ne: s; un malitiose tantoperè insanis, omnium execratione dignifi-  
fici

simi estis. Restant adhuc aliquam multa deliria Iesuitica: sed ne au-  
res vestras obtundam diutius, dico tantum, quæso, ne audire grave-  
mini. Infantes baptizandos utrinq; consentimus: hunc verò ritum nō  
in Patrum saltem libris didicimus, accepimus, legimus: verū ex  
divinis literis arripuimus, hausimus, expressimus. At Tiresia cæcio-  
res Suitæ cum magno illo suo Romani prostibuli Amatore Bellarmi-  
no id, quod nos in Dei verbo videmus omnes, videre se nullatenus posse

*Sess. 12.* Lib. 4 de verbo Dei non præluente Ecclesiæ face fassi sunt. Imò quasi mercedem ab Anaba-  
cap. 4. ptistis accepissent, diligentissimè causam illorū in eludendis nostræ

*Id. præf.* Idem sententiae fundamentis agebant, & in irremediables palpabilem πα-  
*2d. cont.* γαστρῶν labyrinthos coniici, quām verissimo nostrorum effato suffra-  
gent.

*Sess. 11.* Si hoc non est non lemis dicam, sed ollis lippire, in

*Alb. Hung.* Sacris versati judicent. Ego ad finem proprio. Cùm magni illius  
Antichristi obiter saltem in conflictu iniiceretur mentio: ecce senex  
quidam gladiator, libroru Bellarmini censor, qui licet primas tene-  
ret, (sicut saepe Mopso Nisa datur) rude tamen, ni fallor, citò accepit, is,  
inquam, suo more in aëre philosophans percontari ex nostris ausus est,

*2. Thess. 2. 4.* utrūmne bodie tam pestifera tiveret belua, quæ se immortali D E O au-  
teponat, verbisq; palam jactitet: Ego sum major D E O, ego sum major  
Christo? Haud, reor, inquit, hoc affirmabitis: nondum ergò istud Pauli  
impletum oraculum. Num verò ego te non mente captum judicem,  
qui tam furiosum adhuc surrecturū speras homunculū, qui plus quām  
giganteo fastu ipsi Deo verbis scipsum sit prælatus? Næ mihi hel-  
leboro purgandus potius, quām operose cōfodiendus videre. Anion  
mī Iesuitę in vestro Pompifice istam Pauli vaticinationē, plenè com-  
probatā esse Lutherus noster evicit? Profectò nisi ostrei in morem  
Rom. sellæ adh̄erescere constitutū vobis esset, manum daretis utiq;  
Hæc enim causa fuit, quod cùm in rem præsentē disputatores nostri  
venire, & ulcus (quod ajunt) tangere vellent, vos vestro quodam ze-  
lo incalveritis, & quæstionis hujus ventilationē omni molimine de-  
sugeritis. His ego vestre conscientię vulneribus, his vestris nugis pa-

*Causa sto- luditatis* scor, his delector, his pfruor: hæc ego semper de vobis expetivi, hæc  
optavi, hæc pcatus sum. Miretur aliquis, unde ista Iesuitarū in divinis  
Iesuiticæ literis imperitia, Iesuitarū, inquā, quos constat homines esse laborio-  
*1. Tim. 6, 4.* sissimos? Evidē laboriosam esse Iesuitarū gentē haud inficior (la-  
*2. Tim. 2,* boriosa enim est impietas) verū ad παρέγγωμα ρητορικό, μωρῷ  
*2. 3.* ἀπαιδεύτῳ, h.e. ad rerū magis subtiliū, inutiliū, & perdi-  
*Tit. 3, 9.* tarū, quam utiliū & necessariarū studiū meditati sunt illi, qui ferun-  
tū, eorum labores, industriaq; subsidia, & virtutis instrumenta in

conter-

contortis & aculeatis quibusdā sophismatis Thomisticis & Scotisticis  
ab ijs consumuntur: interim authoritatis Scripturę acies mirè apud  
illos habescit, & sacratissimus DE liber ab illis parvipenditur. Hu-  
jus verò quia tantum non gorges & helluo Lutherus fuit, rejectisq;  
Sophistarū infinitis argutijs in eo sudavit unicè: hinc adeò factum, ut  
omnē antiquitatis memoriā hac in parte superarit. De inscitia Iesui-  
tarum satis: nunc obsecnitatē videamus, & insignem levitatem.  
Vtiam in hoc humanissimorum & literatissimorum hominum cœtu  
scenicos istos repræsentare mihi liceret artifices, cum primis ve-  
rò hominum tum bombylium, facie & oculo Iesuitico dignissimum,  
Scurrām, improbissimū, qui se nihil, quod de existimatione perde-  
ret, habere putabat, apertisq; tibijs tantoper clamitabat, ut penè de  
eo dixerim: οὐαοντ̄ φύνεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι

ἀνέρες δὲ πολέμων ἔριδα γυναιγοντες ἀρχόντες

Tantum vociferans, quantum novies deciesq;

Mille viri clamare solent, qui prælia miscent.

Erat iste chamæleonte mutabilior: jam enim rigidi Catonis, mox  
ridiculi Diogenis Cynici, post furiosi Athamantis personam agebat,  
quando (ut quod alias cecini, huc repetam)

ἄχνυμέν κατὰ κρασίν ἡδὺ αλφιμέλουνα  
πίμωλα τὸ μλιεθρόν γεγέλαμπετόντικτηρ  
ζεστε πνεύ.

Cum primis verò & ex amissim Eliu illū, cuius venter musti instar  
ferbuerat & intumuerat, rep̄sentabat, ita ut si Pythagorēoī μετεμ-  
ψύχωσι vera esset, animā Eliu in Tanneri corpus transmigrasse ju-  
rarim. Verū nec lubet nec licet scuriliter ab eo dicta & facta p̄sequi  
omnia: cōpendio multa verba faciā. Nemo illo in scena levior & ne-  
quiōr: nihil moderatè ab illo dicū, nihil absq; contumelia: indignis  
nostros modis ludificatus est: deridiculigratiā Dominos mirabiles, Doctores  
Quodlibeticos, versipelles, rabulas, tergiversatores &c. salutavit. Hoc verò  
deridendū cum primis & de miracū in omnibus, quod cōiecti ludos &  
delicias faciebant, & hilariotibus etiam oculis intuebātur, risuq; Sar-  
donico argumēti impetu infringere nitebant. Qua in arte insigniter  
ceu alter Roscius excelluit, is quoniam modo obiter expressi TANNE-  
RVS, qui ad conspectū editi abs se catelli, nec nō in saccū à nostris cō-  
clusus, & ppterēa ab auditorib⁹ irrisus, ex sacco, cui involutus erat,  
effusissimē simul ridebat. Bonos si quando faciebat Principum ti-  
mor, non diuturnus magister officij, improbos mox fecit connata au-  
dacia. Omne odium nefarijs suis sensibus inclusum in nostros effu-  
derunt, omnibusq; eos contumelijs onerarunt.

Quid

I V.

ἀποχθόνις

ἢ μωρο-

λογία

Eph. 5, 4.

Scurrili-

tas.

AD TAN.

Iliad. 5.

*Antithesis* Quid verò hic nostri? annón Tullij illud ingeminarunt? Quò usq; collocuto tandem Iesuitæ, abitemini patientia nostra? quamdiu nos furor iste rum nostra veiter eluderet? quem ad finem se se effrenata jactabit audacia? Non certè: sed humanitate fuerūt ranta, ut quorum eruditioem adversarij timuerunt pugnantes, eorumdem mansuetudinem inspexerint v. cl. Contemni enim nostri levius esse rati sunt, quam stulticiā percuti: & bis vincere eum, qui se vincit in victoria. Neq; tam furentur timidi, aut τάιστοχαῖς ἐκλυόμανται, ut qui in maximis antehac turbibus & fluctibus Ecclesiæ navem gubernassent, salvamq; in portu collocassent, frontis Iesuiticæ nubeculam impuratumq; spiritum pertimescerent. Vsq; ad eò verò maledictorum dictorum & αὐτιστοχαῖς consuetudine obduruerant, ut (quod jam attigi) ipsi antagonistæ eorum in dicendo moderationem modestiamq; collaudarent. Habet enim hoc virtus, ut species ejus & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. Potestis jam, auditores, utramq; disputantium aciem animo quadantenus contemplari. Ex nostra enim parte pudor pugnabat, illinc petulantia: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc moderatio, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: deniq; virtutes omnes certabant cum yitijs penè omnibus. Sed veniamus à nugis ad majora. Noitis omnes, quod πολύεργοτοι Iesuitæ suum nominare Iudicem conscientia infirmati vel convicti potius modis omnibus detrectarint. Tu nimis sanctissime L V T H E R E ora επιτύχοις iltis Papæ organis obstruxeras, qui ad oculum tuis in monumentis demonstrasti, Papam non Christi, sed Satanæ vicarium, omniumq; scelerum sartorem, sartorem, & messorem esse maximum, adeoq; impurissimum illud scotum Babylonicum ex Christiano cruento, omniumq; scelerum importunitate & impunitate concretum, quo peius nullum usquam est gentium, neq; tam luterum, neq; tam yitorum cæno pollutum? Quid enim mali aut sceleris singi excogitativé potest, quod non Pontifices Romani conceperint? quis toto orbe veneficus, quis ganeo, quis nepos, quis latro, quis adulter, quæ mulier infamis, quis perditus inveniri potest, quæ non illi multis post se parasangis reliquerint? Hujus suæ impurissimæ pecudis fordes commoveri, hoc stabulum flagitij & nequitiae solenniter tum à nostris purgari noluerunt. Sed vereor, ne quis sit, qui sumigantium iltorum titionum insignem impietatem & nequitiam veltis ovillæ involutam integrumentis nondum cernat: dicam ergo, ipsi certè agnoscant, & cum aliquo dolore (si homines sunt) fidorum suis eo illis ni inobligati essent, si tamen in obnoxia blasphemib; Omitte

blasphemè dictorum recordabuntur. Cæterum hoc postremo orationis meæ expedito capite paucissimis, quâ pro diei hujus solemnitate de Luthero dicenda erunt, adiiciam. Temporis enim mihi habenda ratio, & innumera sicco pede prætereunda, ut & vestris politissimis auribus, & mihi ipsi parciam: imprimis quomodo eruditissimis nostrorum vocibus barbarie sua obitrigillarint continuè; quomodo SVVM scilicet morem mordicus retinentes improbissime respondendo & turpissimè eructando laßitudinē nostris addere, eosq; tantum non confessu ejcere voluerint, quomodo gesticulationibus, irrisionibus, sarcasmis, & interpellationibus omnia pudoris claustra perruperint; quomodo Cadmæo sæpiusculè prælio digladiati fuerint, dum alter-alterius dicta rescidit, imò duni Patrum suorum placitis oppedere, adeoq; cornicum (quod dicitur) oculos configere semel atq; iterum tentarunt, ita ut in posterum (si constare sibi voluerint) multa ipsis in Valentiano & Bellarmino obelo signanda fuerint; quomodo deniq; ad confertas & constatas nostrorum ex divinis literis ratiocinationes duabus casis & Lebriid. in dioribus non erubuerint respondere vocalis: NEGOCONSENTIAM: iussiq; rationem cui negarent reddere, magis mutari erint, quam ranæ Scriphiæ, gravissimo scilicet taciturnitatis judicio oppresi. Quod si furem ita alloquatur Iudex: Furatus es: quin eas ergo in malam crucem: annon fur Iesuitico more respondere poterit? NEGOCONSENTIAM: NEGOCONSENTIAM: Hæc plusquam compendiaria viam crucis effugiendi via esset.

Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit:

Sess. 12.

TANN.

Hoc ipsum volui, sic mihi dicta placent.

Mæste, TANNERE, nova hac disputandi ratione: sic itur ad astra. Sed quid ago? A Iudicris promissi memor ad horreunda & sacrilega me converto. Nemini omnium mortalium constare posse, utrum recte valideq; sit baptizatus, si baptizantem respiciat, impie alienuerint. O tenebræ, ô immanes æternarum dubitationum tævissimarumq; temptationum scopuli. An hoc non sit desperationis funiculos nectere, Catholica censebit Ecclesia. Hæresin proorsus nullam ex Scripturâ sejuncta Ecclesiæ autoritate (qui perpetuus eorum coccylinus erat) abunde confossum, identidè eructavit Tannerus. O immane audaciam: ô impudentiam prædicandam. Annon errores ad unum omnes, quorum caligine puriorem obnubilare doctrinam moliebatur Satanæ,

Sess. 12.

Sess. 8.

C

splen-

o usq;  
or ita  
Non  
adver-  
exerit  
ulticià  
m fue-  
ntehac  
nq; in  
; spiri-  
& aut  
ntago-  
larent.  
n hoste  
aciem  
dor pu-  
tas, il-  
turpi-  
onibus.  
KOTORI  
ti po-  
H E-  
culum  
Satanæ  
em esse  
rum ex  
ounita-  
n lute-  
t scelle-  
ncepe-  
s latro,  
est, quæ  
parissi-  
itiae lo-  
sit, qui  
quitiam  
n ergo;  
s uorum  
blasphe-  
mias



splendidissima haec Spiritus S. face in apertum producti, detecti, & eversi sunt? Annon ex sola Scriptura convictus est Arius? Minime verò dicebant Iesuitæ. Sed videte: quemadmodum nostros coangerint homines acuti: *Nusquam*, inquit GRET SERVS, in Scripturis aperta legitur Arij condemnatio: ARIUS EST HÆRETICVS. Arius ergò ex Scripturis non confutatus. Ave Maria Reparatrix desperantis animæ, irrotatrix & Largitrix spiritualis gratiæ: me tuο enim ne Lipothymia ilicò intra manus exanimetur, suoq; delirio contabescat Pater GRET SERVS. Annon consimili argutatione efficies, Legibus homicidam prorsus nullum mortis adjudicari supplicio, cùm nullius nomen illæ exprimant? O hominis vel dicam pecudis stuporem. Num sanum tibi sinciput? ἀλλὰ ἐπέχω. λύγον γαρ ἀκρέστησις ἐπεσθόλε. Nolo jam robustissimam illam impietatem, quam adamantino suo argumento idem prodidit, stimulis meis fodere.

**gess. 9.**  
**Gretf.** Quis enim non toto corpore exhorrescat, quod misellus iste homilus ex argilla & luto factus Spiritum S. solenniter provocare, & si Index sit, articulatam sine mora vocem in ipso Palatio ei extorque-

**Matt. 16,1.** re conatus, adeoq; prodigium de cœlo Pharisaicæ ad morem turbæ

**Marc. 8,11.** petere ausus est: si, inquit, Codex hic Biblicus vel in eo ipse Spiritus S. Index est: en adsum: ilicò me judicet: jam me condemnnet: quod si fecerit, protinus manum tollam. Sed videte, cujusmodi vobis sit Index & magis certè mutus (dicere volebat) quām scapha: non potest me Spiritus S. condemnare (quod semel atq; iterum non sine nostratum horrore ingeminabat) harena ergò non cedo. Proh cujam vocem audio? quæ te (malum) tenent intemperiæ? quæ te mala crux agitat? Ego te non ve- cordem, non furiosum, non Hippomene ipso magis impium judicem, qui id ausus, quod omnium hominum fugisset & formidasset audacia. Siccine tibi hac enormi, ipsimet Spiritui S. in orbis conventu, illata contumelia discipulum tuum, quasimodogenitū illum Eliu, superare placuit: ne supra magistrum esset discipulus? Haud certè fuisset mirum, si cui ad sanguinis usq; profluvium largissimas blasphemias hujus immanitas extorsisset lachrymas? quod veteranum quendam, qui mihi in Palatio assidebat, Pastorem Euangelicum cum gemitu dicere memini. Quæ enim gens unquam adeò fuit barbara, quæ tam ferociter suum D E V M impeteret? Certè si fuisses mentis tuæ, & nisi pænæ D E O immortali eæ quæ gravissimæ sunt, furore atq; insania pendendæ tibi fuissent: nunquam in tam extremè barbarem vocē, non stylo, sed tartareo pilo vindicandā erupisses furcifer.

Alia



Alia quære argumenta, si qua potes, ab hujus sono etiam piis quisq;  
abhorret. Verum sacrilegam istam vocem mutuatus haud dubie est  
à recens formato Cardinale suo Bellarmino, qui *Scriptura*, inquit, *var L.3.de  
pios sensus recipit, nec ipsa potest dicere, Quis sit verus suus sensus.* Audete verb. Dei  
nunc, ô furiæ, Scripturas, quas cane pejus & angue vos odisse osten- cap. 9.  
ditis, plenis buccis crepare in posterum. Ite jam, & amplius de bea-  
tissimi L V T H E R I impietate cum Thrasone vestro Pistorio, &  
nequissimo Cunzio Vettero conquerimini. Quis, heu, vobis mis-  
erior? quis damnator? Potestne vobis hæc hujus vitæ lux, aut hujus  
cœli spiritus amplius esse jucundus, qui cùm aliâs montes parturia-  
tis, triumphi & gloriæ cupiditate ardeatis, flagretis, volitetis, semi-  
piternas fœdissimæ turpitudinis notas subiistis, & prodigiosissima-  
rum absurditatum non catellos modò, sed & monstruosissimos abor-  
tus peperistis? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas,  
magna sanctitas Theologi viri: non recipit levitas ista, non turpitu-  
do, non dementia, non stoliditas, non impietas, non ñuños, οργή καὶ  
κραυγὴ tantam personam, tam gravem & severam sustinet. Emble-  
mata majorum vestrorum dudum noveramus, qui Scripturam na-  
sum cereum, plumbeam Lesbiæ ædificationis regulam, litis mate-  
riam, literam mortuam, occidentem, præceptorem mutum, Theolo-  
giam atramentariam, atramentum sutorium, Euægelium nigrum.  
Sphyngis ænigma, Protagoræ principia, Sibyllæ folia, imò epistolas  
Pauli (horresco referens) N V G A S appellitarunt. Quòd verò ul-  
lus unquam in Christiano orbe tam infanda blasphemia Sanctissimū  
D E I Spiritum παραδεγματιζεπ, Πατερεп, κούρους; iζεп ausus Heb. 6, 6.  
fuerit (uti Gretserus vester fecit) haud arbitramur. Nunquam nos ἐπιο, 29.  
sanguinem vestrum, nunquam damnationes, expulsiones, neces (quiæ  
fortasse pleriq; supplicia in hominibus esse existimant) expetivimus:  
nunquam illud extreñum, quod potest esse improbis & probis com-  
mune supplicium (unde nec divinum illud, in blasphemos vibratum Lev. 24, 15).  
condemnationis fulmen nostri in vos ἐστι ἀντῷ φόρῳ ejaculati sunt:  
sed abjectos, a vobis ipsis desperatos & relictos, dissidentes rebus ve-  
stris, & blasphemias vestrás eructantes videre & audire vos volui-  
mus: vidimus: audivimus. Quare si vobis evenerit, quod me-  
tuitis, ne accidat: equidem non molestè feremus: sin id tardius for-  
tè fiet, vestra interim indignatione & turpitudine fruemur.  
τῷ δὲ θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θείαι μετένοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ. 2.Cor. 2, 14

Sed veniamus tandem al. quando ad L V T H E R V M, de quo

μετάστ. quo equidem non sum prædicaturus, quantas ille res quantaq; felici-  
σις ad B. tate gesserit, ut ejus semper voluntatibus non modò nostri afflense-  
**Lutherum.** rint, locis obtemperarint, regiones & urbes obedierint, sed & vocem  
nutumq; hostes reformidariat: hoc brevissimè dicam, neminem un-  
quam tam impudentem fuisse, qui à Deo immortali tot & tantas res  
tacitus auderet optare, quot & quantæ ad L V T H E R V M delatae  
sunt. Ille cùm in scholis, quas vocant, trivialibus Magdeburgensi &  
Isenacensi celeriter commilitibus suis ingenij gloria antecelleret,  
Erfordiam venit, ibiq; relicto juris studio ( a quo eum fulmine deter-  
ritum ajunt ) cucullum induit Monasticum: inde ad Kowop illud σο-  
φῶρ ὄντης τοπ, οὐδὲ θεολόγωμ παύσευτης τοπ, VVitebergam nimis  
nostrā vocatus est, ubi sic ejus celebrabatur adventus, ut famā ingenij  
expectatio hominis, expectationem adventū admiratioq; superaret.  
Cum enim esset in legēdo suave & gravis, & graviter suavis, frequen-  
tissimo semper Studiosorum concursu, applausuq; maximo docuit.  
Verum major erat ei ad amplitudinē & gloriā, & ad res ab Apostolo-  
rū aetate inauditas felicissimè gerendas divinitus adjuncta fortuna.  
Non ille hujus oppidi latebris se occultare, sed in totius orbis luce  
versari debuit, Ea scilicet erat ei destinata gloria, non quæ hujus  
cathedræ, aut urbis aut provinciæ angustis includeretur finibus,  
sed quæ vix cœlo capi posse videatur. Videte enim q; ammirata  
fuerint in eo planè nova & admirabilia. Quid tam novum, quam tu-  
num à cunctis derelictum, imò omnibus machinis oppugnatim Mo-  
nachum immanem illam belluam Romanam orbis terræ dominam  
Apoc. 17, 6. conficeret? consecit. Quid tam inauditum, quam Theologum iner-  
mem & imbellem, ope opibusq; destitutum, famotam istam  
veneficam, quam bellis maximis formidolosissimisq; ne vulnerare  
quidem antegressis seculis poterant potentissimi Principes, voce  
calamiq; cuspide trucidare & trucidavit. Quid tam singulare, quam  
à presbytero è Pontificiæ majestatis solio Papam deiici? quid tam  
incredibile, quam unius hominis ( cui totus mundus tela sua univer-  
sa certatim intentabat ) labore terrarum orbem Romani Pharaonis  
servitute ( cui collata Ægyptij pressura pluma levior est ) eximi? quid  
tam stupendum, quam unius voce & libris tenebras in religione  
plusquam Cimmerias, quas spinosæ Sophistarum argutiæ & delira-  
tiones invexerant, ὡς ἀπὸ μηχανῆς discuti? Nisi enim facem L V-  
T H E R V S prætulisset nobis, Ausonij tandem ganei sumo excœ-  
tati & enecti omnes fuissimus. Proh D E V M immortalē, tantamne  
unius

unius hominis incredibilis & divina virtus lucem tam̄ velociter af-  
ferre mundo potuit? Quis enim unquam aut obeundi negotij, aut  
consequendi quæstus studio tam̄ brevi tot loca adire, tantos cursus  
confidere potuit? quam̄ celeriter æterno suo Euangelio regiones  
plurimas LUTHERVS implevit. Vnde verò illam̄ tantam cele-  
ritatem, & tam̄ incredibilem cursum inventum putatis? Fuit qui-  
dem in Lutherō ingenij vis acerrima, labor in negotijs plusquam̄  
Sisyphius, fortitudo in periculis, magnitudo animi incredibilis, ro-  
burq; prorsus invictum, industria in agendo, celeritas in confiiendo,  
consilium in providendo: hæc, inquam, omnia in Lutherō fuere  
tanta, quanta in ullo Theologorum, quos post Apostolorum tempo-  
ra aut vidimus aut legimus. Fuit præterea in LUTHERO ad di-  
cendum plus facultatis, quam̄ homini vix utissimo ex forensi usu  
propè quotidiana dicendi exercitatio afferre possit. Ita & consilium  
fuit ei ad tam̄ arduam religionis instaurationem aptum, & consilio  
nec lingua nec manus defuit. Veruntamen nisi ipse Iehova τὴν  
ἐγέγερτος καὶ ἀπέσταλτον ἡμῖν εὐτὸν ποtentissimè in isto ἐκλογῆς Eph. 1, 19  
omnes exerere voluisse, nunquam ille tantæ rei conficiendæ par fu- & 20:6,10.  
isset: quin si de hominis causa fuisset actum, næ actum etiam de ipsius Act. 9,15.  
fuisset salute. Porrò lætissimæ hujus mutationis primordia, succes-  
sum, & progressum audivimus ex hoc loco recitari saepius. Nam fal-  
tem (quia tetipore excludimur) LUTHERVM in sacratissimi  
Rom. Imperij conspectu VVormatię stantem eminus contemplemur.  
Cū frustra cōtranitentib⁹ Papæ minis, carnificinis, arte, marte, amo-  
re, furore, cruore, cōsilijs, cōcilijs, decretorū bullis, verborū ampul-  
lis, cresceret in dies singulos Lutheranorū (quos ita cōtemptim vo-  
care cœperat) numerus, splendorq; Euangelij ita lucere occiperet, ut  
eum neq; nox tenebris obscurare, nec locorum distantia occultare,  
nec potentissimi Principes obliterare possent: ecce quasi res ad tu-  
multum spectare videretur, LUTHERVS à Cæsare Leonis Ro-  
mani (qui Ecclesiam ad pristinæ puritatis spem reviviscere dolebat)  
rugitu impulso vocatur literis salvi conductus datis ad Comitia:  
ubi ilic̄ palinodiam canere, & errorem fateri jubetur, æternumq;  
ei silentium districte indicitur: scripsisse (rogabatur Cæsaris man-  
dato LUTHERVS) hos quos vides & recitari audis libros? Scripsi,  
inquit LUTHERVS. Num (porrò rogabatur) in ijs scripta retracta-  
bis? Nequaquam, respondit Lutherus: nisi me erroris conviceritis: cedere,  
nisi verbo DEI meliora edocitus, nequeo. Apage ergo te, inquit Cæsar.

felicit  
sensem  
vocem  
em un-  
tas res  
delatae  
ensi &  
leret,  
deter-  
nd o-  
nirum  
ingenij  
eraret.  
equen-  
dotuit.  
ostolo-  
ortuna.  
is luce  
e hujus  
inibus,  
ut mea  
uanit  
im M-  
minati  
n iner-  
istam  
lnerare  
s, voce  
, quam̄  
uid tam̄  
univer-  
naraonis  
ni? quid  
eligione  
z delira-  
m L V-  
o excæ-  
ntamne  
unius

Tantum in augustissimo mō cōfessu tum erat effectum: nimirum  
L V T H E R V S (cujus mens nihil nisi gravitatem, os nihil nisi con-  
*Cor. 15, 58* stantiam spirabat) Herculeæ columnæ instar ceu vere τηγωνος,  
εδραυ, ογη αμετακίνητος in sua sententia perstitit: hæc tandem  
prolocutus: *Hie stehe ich / Ich kan nit anders / Gott helft mir.* Mox  
verò Cacolycaæ Harpyiæ in L V T H E R V M inflammare Cæsarem.  
imò & inertiae condemnare: Carole quid agis? tunc eum, quem esse  
Ecclesiæ hostem comperisti, quem novæ ducem seditionis, auctorem  
sceleris, Principem conjurationis, evocatorem hominum ab omni  
spe & fortuna derelictorum, abire pateris, ut abs te Ecclesiæ pomæ-  
rijs non emissus, sed immisus videatur: nonne hunc in vincula duci,  
non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis: In-  
*Joh. 12, 19.* teremptum esse L V T H E R V M, modisq; omnibus excruciatum  
jampridem oportebat. Quod nū fiat ocyus, ιδε ο κόσμος ἐπίστριψε  
αὐτὸν πελένθεται. Nulla amplius hoc monstro & prodigo mactato  
pernicies Ecclesiæ comparabitur. Non est jam lenitati locus, seve-  
ritatem res ipsa flagitat. Quid tandem impedit te? mōsne majorū?  
at persæpè etiam privati pernitosos Hæreticos morte multarunt?  
an leges de non fundendo temere Christianorum sanguine?  
at nunquam ij, qui ab Ecclesia Catholica defecerunt, Christianorum jura  
tenuerunt. An jurisjurandi religio? at ea Hæreticos nihil attinet:  
Hæreticis servanda fides non est. Num invidiam posteritatis times?  
at si quis est invidiæ metus, num est vehementiæ severitatis, quām  
inertiæ torporisq; invidia pertimescenda? An cūm bello ab Hæreti-  
*Vide simile Decretum Joh. II, 50.* cis vastabitur Germania, vexabuntur urbes, testa ardebunt, sanctissi-  
ma Petri cathedra pellum ibit, Cænobia deferentur: tum te non ex-  
stimas invidiæ incendio conflagraturum. Sed nimirum nonnulli  
sunt in vestro ordine, qui aut ea, quæ à busto illo omnium legum &  
religionum L V T H E R O imminent, non videant: aut ea, quæ  
vident, dissimulant: qui spem L V T H E R I mollibus sententijs a-  
luerunt, conjurationemq; nascentem non credendo corroboraverūt.  
Cupiebat Cæsar esse clemens, cupiebat etiam in illis Romanæ cathe-  
dræ, cuius se Patronum jactitabat, periculis non dissolutus videri.  
Proinde Ego, inquit, si hoc optimum factu judicarem, L V T H E-  
R V M oppido morte multari: unius usuram horæ ad vivendum isti  
non dedissem. Cæterum hoc uno imperfecto, intelligo hanc Ecclesiæ  
peitem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse: vide-  
bitur quidem ad breve quoddam tempus cura fortasse & metu esse  
releva-

relevati: periculum autem residuebit, & erit inclusum penitus in venis & visceribus imperij, & mox vehementius vivis reliquis ingravescer. Promissam ergo Lutherò servemus hac vice fidem publicam: proficiscatur ad impium & nefarium, quod religiosis & locis & hominibus intendere videtur, bellum. Nunc enim intelligo, si iste, quò intendit, pervenerit, si undiq; collectos naufragos aggredaverit, neminem tum tam stultum & improbum fore, qui non videat & fateatur, factam conjurationem: atq; tum nostra virtute, bonorumq; omnium confessione stirps & semen malorum omnium deleri poterit. LUTHERO dimisso editur imperij decretum vehemens & grave, quo finitis salvi conductus diebus aqua & igni LUTHERO interdicitur: cui licet quorundam non defuerit consilium & authoritas Principum, idemq; triennio elapsò magis exaspararetur, manebat tamē id inclusum in tabulis, tanquā gladius in vagina reconditus. Multò enim acris ad suam vigilabat LUTHERVS salutem, quām adversarij ad perniciem, adeoq; (ut Scripturæ verbis utar) σόμα λέοντος ἔφραξε, καὶ σόμα μαχαιράς ἔφυγε. Heb. 11, 33. Neq; verò tūm primū LUTHERVS condemnatus ab orbis 34. multò maxima parte fuit, sed diu antè anathematis fulmen (brutum tamen) in eum Rom. LEO vibrarat: verūm hic validiori à LUTHERO fulmine protinus repercutitur. Vbi miratur maximo- perè Bellarminus LUTHERI impudentiam, quòd suum Ponti- L. 3. de- ficem Leonem X. cum universis Asseclis excommunicare ausus sit. Pont. c. 18. At quis non ad stuporem usq; demiretur Leonis audaciam, qui virum ne verbulo quidem convictū damnavit iudicio prorsus monstrifico. Tantus ergo cùm bolus Leonis κυναλώπειρος ara Taurica crudelioris esset ereptus faucibus, magis rugire, & quicquid infernus in intimo omnium abyssorum risco habebat, eructare cœpit; verūm mox vita ejus fugit indignata sub umbras. Crudelioribns postea vocibus ceu Vulcaneis malleis Cæsaris ad celeberrima Comitia Augustana profecturi pectus & aures Papa Clemens VII. parum clemens (qui non fædfragum, sed fædicolam Cæsarem superioribus annis plectere voluerat, obtudit: Exhauri, inquit, tandem aliquando magnā illā & perniciōsam sentinam Lutheranorum: purga Germaniam: non feram amplius, non patiar, non sinam: coērce, constringe rebelles: radicitus a verruncanda hæc pestis est:

Vtere

hirum  
i con-  
v. Q.,  
ndem  
Mox  
farem.  
m esse  
torem  
e omni  
omæ-  
duci,  
In-  
iatum  
πίσω  
actato  
seve-  
josū ?  
runt ?  
num-  
n jura  
tinet:  
mes?  
quām  
ereti-  
ctissi-  
n ex-  
nulli  
m &  
, quæ  
ijs a-  
erūt.  
athe-  
ideri.  
H E-  
m isti  
lesiæ  
vide-  
i esse  
eleva-



Vtere jure tuo Cæsar , servosq; L V T H E R I  
Ense , rota , Ponto , funibus , igne neca.  
Ad arma, ad arma accelerate viri Teutones.

Idem fuit sequentium Pontiacum animus : Ricum illi suum majori hiatu diduxerant ad exorberandum plenis faucibus omnium Euangelicorum sanguinem, omnibusq; contilijs , quæ ad opprimendos maiores nostros parabantur, non interfuerunt modò, sed & crudelissimè præfuerunt : quin imò aperte universam petebant Germaniam, quam cæde atq; incendijs vultari , omniumq;. Lutheranorum vitam, templa, & tecta ad exitium & vultitatem vocari cupiebant. Sed lupi circum puteum chorū agabant. Flagrantissimis enim suis precibus, quas non sine lachrymis Melanthone teste quotidiè effundere solebat L V T H E R V S , quoad vixit, ex flamma atq; ferro, ac pene ex faucibus fati patriam Germaniam , quæ vita ipsi charior erat, eripuit, ignes funestos propè jam subjectos restinxit , gladios in Germaniam distractos detudit, mucronesq; eorum à suorum jugulis rejectit. Et sanè hoc exploratissimum ceu divino edictis oraculo habebat, se omnis gravioris belli molem precibus suis , quoad vive-ret , à patria propulsaturum. Iacent ergo nunc L V T H E R I voce & labore , imò validissimis divini verbi arietibus prostrati Flamines Rom. & se perculsos atq; abjectos esse sentinat , & retorquent oculos profectò sœpè ad Germaniam , quam ex suis ereptam faucibus fugient. Inprimis vero Iubilæum suum in ejulæum conversum profusis lachrymis magnoq; ejulatu deplorant : vident enim Quæstores suos, & sumivendos indulgentiarios, operumq; superu-  
*In pref. 1.* etationis mercatores, & id genus stelliones cum putidis suis mercibus stare jam, in Germania præsertim, otiosos , Bullasq; suas trium nimirum causa sub hasta venire, adeoq; plerisq; imposturas illas & Romanatione nebulonum Romanensium ( L V T H E R I verbo utor) invisas esse. At, inquis, quis illos prostratos dicat, qui hodiè Tom. Lat. tam ferociter nostros in oris Austriacis per audaciæ suæ satellites & administros Iesuitas exagitant ? tu ne eum, qui hodiè sedet, Clementem IIII. ad cuius stupendum velle ceu Gorgonis caput tanti rigent orbis Principes, abjectum aut semivivum dices ? siccine bacilli Episcoporum pastorales per Lutherum confracti ? Evidem μα-  
*Heb. 4, 12.* Χαίρε δισόμω verbi divini confossa est jamdudum Rom. bellua: quod 2. Thess. 2, 8. vero semivivum istud animal suis nos hodiè mortibus & calcibus nihilominus tanta cum rabie ferit & impetrat : hoc vero ipsum insigne est

est lethalis à LV T H E R O acceptæ plague argumentum. Cur enim  
ita ringitur? nimis quia vehemens planeq; mortiferū inflictū ei vul-  
nus est. Sed nihil agis, insane Clemens, nihil moliris, nihil cogitas, ni-  
hil assequeris: luce sunt clariora tua cōsilia omnia: in te aliquando cō-  
feretur pestis hęc, quam in nos machinaris. Te vera Christi Ecclesia  
& odit, & metuit, & execratur, quæ tecum sic agit, & quodammo-  
dō tacita loquitur: Nullum jam tot annos facinus extitit, nisi per  
te: nullum flagitium sine te: tibi uni tot hominum Christi sanguine  
emptorum neces, tibi vexatio impunita fuit: tu non solū ad negligi-  
endas leges, verū etiam ad evertendas perfringendasq; valueristi.  
Quanquam quid loquor, te ut ulla res frangat: tu ut unquam te cor-  
rigas. Neq; enim, Papa, is es, ut te aut pudor à turpitudine, aut me-  
tus à periculo, aut ratio à furore revocet. Veruntamen confido  
impendere tibi tuæq; catervæ fatum aliquod, & pænas jamdudum  
improbitati, nequitiae, tyrannidi, & idololatriæ debitas aut instare  
jam planè, aut certè jam appropinquare.

Iam haud à re, opinor, alienum facerem, si Lutheromastigum  
voces pauxillum retunderem. Sacramentarios pervicacia inlanos,  
calumnijs insidiosos hac vice missos faciam: qui jam ad sua castra LV-  
T H E R V M ἐκλινή, quo vix constantiorem alterum Sol vidit, ἐκον-  
τὶ ἀκοντὶ pertrahere nituntur, ut scilicet ejus obverso clypeo mis-  
tras irretire plebes valeant, quem tamen pleno ore, lacertisq; orato-  
rijs sibi ad extremum usq; halitum restitisse tam probè sciunt, quām  
suos norunt digitos: jam diras eidem imprecantur, quando nimicrum  
liberiorem auram sentiunt. Nec mussitantes illi clancularij, &  
equifones silentiarij, qui quod sunt esse videri nolunt, & quod non  
sunt, esse se mentiuntur, audiendi sunt; qui LV T H E R V M nimis  
pugnacem & mordacem fuisse quiritantur. Adversus pertinaces fa-  
naticos, & obstinatos Theologastros ac Sophistastros, à quibus acer-  
bissimè lacescebatur, durum & acrem ipsum esse, nec non contra Bul-  
las & sesquipedalia verba Pontificum tam acri concitatione inflam-  
mari oportuit; quod & rei magnitudo exposcebat, ut secundum A-  
poc. 18, 21. *Apoc. 18, 21.*  
pocalypticum oraculum ὅρμημα ad Tartara detruaderetur mystica  
Babylon. Malo scilicet nodo malus quærendus erat cuneus. Et no-  
verat LV T H E R V S, nulla magis salutaria esse remedia, quām  
quæ dolorem faciunt. Quamobrem MELANTHON ipse LV-  
T H E R V M ab impetu isto dehortari jussus: *Absit vero à me, inquit,*  
*ut talem hujus viri spiritum mea voce infringam.* Neq; tamen barbara  
D fuit

fuit vehementia, aut ἐπιθέτη, sed γάλαξ & λαδεῖς; asperitas, cum qua,  
eodem PHILIPPO teste, ἀκεφαλής οὐκ εὐποσίγος σόμα  
fuere conjunctissima. Quis verò tu es homuncio, qui tibi infanti  
Herculis cothurnos aptare, tuoq; pede LUTHERVM metiri  
cupis, cuius si viveret, nec aciem oculorum ferre, nec ardorem animi  
sustinere posses? Iesuitarum profecto tam effrenis est quidvis de  
LUTHERO mentiendi libido, ut hinc illos ex levitate & vani-  
tate totos consitos verè dixerim. Taceo jam crassa illa & plus  
millies protrita mendacia; quod LUTHERVS ex mera inviden-  
tia & ambitione, & (quod quidam addunt) ab aulicis incitatus απο-  
**Bell. l. 4.** de sacra à Rom. Ecclesia author excitebit, & Monachatus vincula ru-  
**Eccl. c. 13.** perit: quod idem prædicatione carnalis libertatis tot populos sedu-  
**I. 3. de Rō.** xerit, ut ex Monacho totius Germaniae Propheta & Papa quidam  
**Pont. c. 21.** evaserit, unde merito Antichristus dici queat; quod LUTHERI  
**Ibid. c. 23.** proles sint Anabaptistæ, Calviniani, Trinitarij, Libertini, & omnia  
**Lib. 1. de** omnium hoc seculo ortarū hæresēon monstra; quod ex LUTHE-  
RI doctrina rusticana seditio eruperit. Apagesis cum hoc πρώτῳ,  
**Imp. c. 2.** planeq; Iesuitico mendacio. Fulmina, δο Iesuitæ, in seditiosos à  
**Apoc. 6, 12.** LUTHERO torta γυμνάλη τῆς ὁργῆς κυρία ἡμέρα damnabunt  
**L. 4. de Ec-** vos, & æternū torquebunt. Prætereo & illud, quod ne unā quidē  
**Clef. c. 14.** muscā à LUTHERO excitari potuisse, & exinde nullam ei tribu-  
**Dem.** O-endam fidem clamitant: quia, ἀπός, inquiunt, λόγος, ἀπό το  
**lynth. 6.** πάγια, ματαιόν τι φάντα καὶ νόη, Persuassimum certè ha-  
beo, quod θαυματογύμνη Euangelij à LUTHERO prædicati  
θάνατον non eo tantum vivo inviti senserint, sed hodieq; persenti-  
scant Papicolæ; quodq; LUTHERVS αὐτὸς αὐτῷ verissimè αὐ-  
τῷ potuerit: Pestis eram vivens, moriens ero mors tua Papa.  
Nec PISTORIVM moror, qui cùm ipse vivum sit Diaboli ex-  
crementum & mancipium; septemplicem tamen ē B. LUTHERO  
**Joh. 8, 43.** Diabolum eūcere molitur: planè ut Christum ipsum semel atq; ite-  
**¶ 10, 20.** rum Satanæ Iudæi devoverunt. Vnicum id hac vice intactum relin-  
quere nequeo, quod Bellarminus de beatissimo LUTHERI obitu  
**Lib. 1. de** fabulatur, illum (quem aliâs singulis prandijs & cœnis largissimè  
**Cler. c. 21.** epulatum, unumq; vini dulcis sextarium hausisse scriptitat) cùm ve-  
**Lib. 4. de** speri opiparam cœnam sumpsisset latet & sanctus, facetijs suis omnes ad risum  
**Eccl. c. 17.** provocasset, eadem nocte mortuum.

Hæc nimurum est illa obsoleta à Phariseis mutuò sumpta ca-  
lumnia, qui ipsummet Salvatorem nostrum quasi quædam Lapitha-  
rum

rum & Centaurorum convivia cum sordidissimis publicanorum  
gregibus frequenter celebrare, inq; ganearum nidore & fumo sece-  
ingurgitare mentiebantur improbusimè: unde vox illa: *ἰδὸς ἔνδεικ-*  
*πόφιγος καὶ οἰνοπόθη*. Sed audite aliud adhuc magis inauditum: *τρι-*  
*λυτήριον* *μετέπειτα*. *Ματθ. 11.*  
*LUTHERI cadaver*, inquit, *cum deferretur IN MEDIA HI-*  
*ME, & esset inclusum in arca stannea optimè clausa, ut VVitebergæ sepelire-*  
*tur, tam teturum odorem spirare cœpit, ut nemo eum ferre potuerit: proinde co-*  
*acti fuerunt corpus in itinere relinquere.* Deum immortalem quid au-  
dio? quibus hoc utrumq; affirmat suffultus authoritatibus? Vnum  
adducit COCHLÆV M & mucidam quandam historiolam libro  
*Cochlaei de LUTHERI vita annexam.* Gravis sanè author, cui  
meritò tot Principum, tot Comitum, tot urbium, tot mille fide di-  
gnissimorum hominum (qui partim Lutherò in cœlum abituerint  
affuere, partim corpus ejus huc & hic comitati fuere) gravissimū &  
sibi undiquaq; constans testimonium, adeoq; fama πολυθεῖλας  
(quæ Dei vox nominatur) cedere debeat. Scilicet IN MEDIA  
*HIME LUTHERVS mortuus.* Et si in itinere relictum ejus  
corpus, ubi quæso hodieq; latitat? Sed benè habet: in promptu est  
quod respondeam. Tu mihi, IESVITA, sic argutare: *Quicquid*  
*Cochlaeus de LUTHERO scriptitavit, verum est. LUTHERVM ex crapula*  
*mortuum, ipsiusq; cadaver supra modū factuisse Cochlaeus scripsit. Verum proinde.*  
*Hic ego TANNERI arrepta pharetra unicum regero: NEG O*  
*CONSEQUENTIAM: & recte quidem: nam si rationem negatio-*  
nis addam hanc: *quia supra modum fœteat apud nos putida Cochlaei autho-*  
*ritas;* imò si dicā amplius, MENTITVR COCHLÆVS, non  
mentiar. Nimirum quia fulmen oculorum viventis LUTHERI  
ferre nequistis, jam de eo mortuo quidvis confingitis. Evidem nec  
diuturno nec continuo morbo afflictatus LUTHERVS, veruntamen  
nec repente nimis nulla antegressa ægritudine extinctus est: in ipso  
enim itinere, antequam Islebiam attigisset, lethali morbo corripie-  
batur, quo VVitebergæ etiam saepius laborabat. Quod vero vix una  
& altera hora lectulo affixus decubuit, omniumq; opinione citius a-  
nimam Deo placidissimè reddidit, ita ut ne ex unius quidem digituli  
motione animadverti posset, ipsum vel ringi, vel ullo dolore torque-  
ri, imò ut etiam corpus spe reddituræ animæ alij lecto imponeretur;  
hoc certè εὐδαιμονίæ beneficium clarissimum erat divini erga ipsum  
amoris indicium. Quam contra horribilem prorsusq; tragicum vitæ  
exitum sortiti sint plurimi Rom. Pontifices, ipsimet Pontificij au-  
thores

thores clamitant. Cæterum quia in unico suæ farinæ scriptoreculo, iugato LVTHERI hoste, tantoperè contra LVTHERI manes tripidat Iesuita, haud immerito sanè verissimæ nostrorum relationes opponi ei poscent. Verum (ut par pari referam) Junus mihi MELANTHON hac vice sit instar omnium, qui cum alias LVTHERI vehementiam non dissimulet, de temperantia tamen ejus admirabundus Erat, inquit, natura, quod sœpè miratus sum in corpore nec parvo nec imbecilli, VALDE modici cibi & potus, vidi continuis quatuor diebus, cum quidem recte valeret, prorsus nihil edentem aut bibentem, vidi sœpè alias multis diebus exiguo pane & halece contentum esse. Quæ vero, per DEVIMMORTALEM, fuerunt illæ facetiæ, quibus paulò ante mortem σωτηροῦ suos ad risum provocasse hingitur? Fuerunt (quod auriti telles religiosissimè confirmant) gravissimæ de Conjugio Ecclesiæ seminario, de mutua beatorum in futuro seculo agitacione dissertationes. Hæne illæ nugæ & facetiæ? Faceant ergo omnes LVTHERI insectatores, de cuius laudibus nulla unquam ætas conticetur, vita ejus seculorum omnium memoria vigebit, posteritas eam alet, ipsaq. æternitas semper intuebitur.

Te IESV CHRISTE Servator noster unice oramus supplices, ut Papam sociosq; ejus, in primis vero virulentissimam mentemq; perversam & evergam & lauitarum factionem à nostris templis, tectis, & mænibus, à vita fortunisq; omnium nostrum nunquam non arceas, novamq; levitatem LVTHERI ministerio accensam lucem ad gloriosum usq; tuum redditum fulgere sinas. Principes immotam verbi tui veritatem amplexos conserves, Papam vero omnesq; verbi tui hostes obstinatos scelerum fædere inter se, ac nefaria societate conjunctos, æternis supplicijs vivos mortuosq; mactes.

**X**RISTE φθέρρε τέως Ρωμαῖοι ἐπίσκοποι, αὐτῷ  
εὐχετού ὅς εὐλησορ ἔμπον νοεὶ ποιμνία λαῶρ,  
οφρὶ εἰδή, οστορ σὺ ἡα ἔφε περΘ. ιτορ  
τὸι ἐ λεγερ δὲ συγῆ, καὶ θμοιωδήρθεα αὐτκρ.

### AD IESVITAS.

semper agis Papæ, IESVITA miserrime, causam  
Est, non est, quod agas, sexferas imper agis.  
Si res & cause desunt, FORMAS agis, atq;  
Nugat; ne quod agas desit, agas animam.

1D

AD TANNERVM.

Vrbanus tibi num videre, TANNER?  
Non es, crede mihi. Quid ergo? Scurra es,  
Qui ludis stolida procacitate.  
Quod dixi tamen hoc leve & pusillum est,  
Quod notum est quod & ipse non negabis.  
Hoc ipsum probat & tuus CATELLUS.



AD HUMANISSIMVM  
VIRVM IVVENEM, Dn. GEORGIVM  
ZEAMANVM.

**V**T te Dijqz Deaqz omnes dispergere pergent,  
Prave ZEAMANE, à quo tot paradoxa politi  
Tanneri in publicum ferriconspeximus omnes,  
Hocne Esauitis nobis tolerabile factum?

Care ZEAMANE, hæc expecta emblemata gentis  
Esauitarum; quibus, excandescere sueti,  
Te jugulare volent: Ride, mea verba capesse;  
Queis, quod aves, imo de pectore gratulor: illo  
Quod tua penna refert stolidi paradoxa Suitæ;  
Quod tua penna colit Megalandri Icripta Lutheri.  
Ut tibi Dijqz Deaqz omnes benedicere pergent.

D 3

Care

AD



*Care ZE&MANE, à quo tot paradoxa maligni  
Tanneri in medium ferri conspeximus omnes:  
Illud Christicolis planè est laudabile factum.*

*curxapisis causâ deproperavit*

Matthias Hoë Nobilis Austriacus S: Theologiae  
Candidatus, aulae Dresdane minister.

**HUMANITATE ET DOCTRINA**  
**Ornatissimo Viro, Dn. M. GEORGIO ZE&MANO,**  
**S. S. Theologiae Studioſo ſolertissimo, Domino Eſt**  
**amico ſuo plurimum dilecto,**

*In publica peroratione materiam & formam Theologiae  
Luteranæ ac Iesuiticæ contendenti:*

S.

**P**inxit Apostolicam modò, pinxit Apoſtaticamq;  
Contradivisam diu tua Suada fidem:  
Divitis ingenij vernante, ZE&MANE, nervo  
Gestijt hos geminos explicuisse scopos:  
Materiāq; datam verâ veraceq; forma,  
Quæ pergrata Deo Luteriana fides;  
Materiāq; datam falsâ fallaceq; formâ,  
Quæ pergrata Papæ Lojolana fides.  
Euge ZE&MANE! nil finxisti; victus Elius  
Bojorum quamvis id neget usq; sequi.

M. Christophorus Jordani,  
Wonsidelius Variscus f.

ALIVD

**I**N quanta errorum nebula, Babylonia Roma  
Cyprigena meretrix fuerit mancatq; reapse;  
Hac & qua dici poterant, pars altera nostri  
Rite sodalitij, tunc nugatrix, Magister,  
Dixti de cathedra, magna cum laude tuorum.

Pergas aeterni laus cantare Tonantis,  
Pontificum taxes post hac animosus abusus!  
Sic capies fidei fructus, sic magna laborum  
Præmia percipies, quoniam pietasq; fidesq;  
Magnatua est. Pereat, pereat sed nobile Petri  
Excrementum istud! pereat sic pestilis ordo,  
Qui non est veritus mentiri nomen Iesu.

**Georg. Hochschilt Styro-Gleich-**  
**storffensis, Poëta Coron.**

σφάλματα sic corrigitur.

A fac. 3. lin. 9. lege ὅσορ: f. 6. l. 1. ἐπιχλείσα  
B f. 1. l. 35. opiniones: f. 5. l. 12. invicto l. 14. testis l. 33. & 34. quorum:  
f. 6. l. 12. gener. l. 35. Esavitarum.  
C f. 1. l. 2. quæ f. 7. l. 33. voluerat) f. 8. l. 29. Romanationes.



**ULB Halle**  
004 954 416



3

1017





in eâ dudum fue-  
rit, cui debel-  
tio meo clem-  
saltem humi-  
tum mibi su-  
excepit clem-  
studini, ear-  
immortalis.  
mævñ uols  
eissime. Scri

alumnus

Zeemannus  
z. Studiosus.

CADE-  
ERNE-  
CH

nus secundus  
Ponifex jus su-  
& solennitatem  
ivus Petrus, cui  
uper hanc pe-  
thedram, ut Epi-  
lerit. Quotamen  
Petrum non pa-  
, ante annos sex  
R I Islebiae nuper  
demors

nire non pot-  
rit, cui debel-  
tio meo clem-  
saltem humi-  
tum mibi su-  
excepit clem-  
studini, ear-  
immortalis.  
mævñ uols  
eissime. Scri

PR  
MIZ



Cathedral  
Servator  
tram æc-  
scopus se-  
in signi, a-  
rum dehu-  
& quinq

